



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 18. Cæsaris propositum de promulganda fidei norma usque ad Synodi desinitionem servanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

**Sæcul. XVI.** Legatum nominari posse, quamprimum Germaniæ res prosperum exitum pollicerentur, in præsentî autem rerum vicissitudine Pontificem, quo minus ipsum ablegaret, absterreri, ac prohiberi ab increbrescente fama, quod is a Cæsare Legatus in Hispaniam diceretur, ut Caroli V. filiam in Germaniam deduceret, unacum Archiduce Maximiliano Romanorum Regis Filio natu majori, cui illa desponsata erat. Hac igitur ratione Pontifex importunas hujus Cardinalis preces declinabat.

## §. XVIII.

*Cæsaris propositum de promulganda fidei norma usque ad Synodi definitionem servanda.*

**Pallav. l. 10.** Attamen Sanctacrucius in Germaniam delatus propositionibus Cæsari exponendis aditum jamjam occlusum senuferat, cum a Carolo libellum quemdam, quo præcipua fidei dogmata hucusque controversa explicabantur, promulgatum perciperet, postquam enim Imperator a Cardinale Tridentino intellexerat, quod Papa haud ultra Synodum extra suæ ditionis fines celebrari vellet, seque ad id proprii honoris ratione, ac Sedis Apostolicæ incremento

*c. 17. num. 1.  
Sleid. comm.  
l. 10. p. 715.  
Maimb. hist.  
du Luther.  
l. 5.*

to obstrictum diceret, pacem inire re-  
 nuit, cumque ex ipsius Pontificis respon-  
 so Mendozæ ad finem Decembris dato,  
 contra quod is reclamare jubebatur,  
 ejus animum prospiceret, simulque eun-  
 dem ideo Placentiæ restitutionem po-  
 stulasse arbitraretur, ut omnem de Con-  
 cilio mentionem interrumperet, hinc  
 Cæsar necessarium censuit, ut, ante-  
 quam arma deponeret, prius religionis  
 pacem in Germania constitueret, vel  
 fidei normam præscriberet, quam am-  
 bæ litigantium partes approbare, atque  
 interim amplecti possent, donec sole-  
 mnis Concilii definitio accederet. Ea  
 res in Comitibus Augustanis, quæ ad-  
 hucdum celebrabantur, fuit proposita,  
 ibidemque Sacri Imperii Ordines decer-  
 nebant, seligendos esse nonnullos, qui  
 pro huic operi incumberent: cum vero  
 illi, qui a Principibus nominati erant,  
 inter se convenire haud possent, hinc  
 Imperator ad Principum preces ipsemet  
 tres delegit, quorum primus erat Julius  
 Pflugius, qui non ita pridem Naum-  
 burgensem Episcopatum, a quo per Lu-  
 theri sectatores deturbatus fuerat, re-  
 recuperavit, doctisque suis elucubrati-  
 onibus præcipue autem libro de Institu-  
 tione hominis Christiani adversus Lu-  
 therum edito ingentem nominis sui  
 famam sibi conciliavit. Alter erat Mi-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1548.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1548.

Michael Hellingus titularis Episcopus Sionienſis, atque Archiepiſcopi Moguntini Suffraganeus, Vir Catholicæ religionis ſtudio, atque eruditionis laude longe celeberrimus, unde pauloſt meritorum ſuffragio Merſeburgenſem Episcopatum adeptus eſt. Tertius denique erat Joannes Agricola Iſlebienſis, qui tum Joachimi II. Brandeburgici Electoris Præco ſpurii Evangelii erat, ac paulo ante unacum Melanchtone, & Brentio octodecim omnino annos in conſarcinanda Confessione Auguſtana inſumpſerat, ac demum contra Lutherum Coriphæus exſtitit Antinomeniorum, ſeu illorum, qui ſe ad bona opera per fidem præſcripta haud obſtringi affirmabant.

§. XIX.

*Liber, cui nomen Interim, ab hiſce Theologis fabricatus, atque Pontificis juffu Romæ, & Bononiæ examini ſubjectus.*

Igitur hi tres Theologi quorundam adhuc aliorum Doctorum opera adjuți poſt diuturnas, crebrasque conſultationes tandem fidei normam conſue- runt, quæ ſæpius examinata, ac quibusdam nunc additis, nunc demptis immu-